



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 76. Joannis Petri Masei extrema.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

Sæc. XVII. quousque Regis potestas in administra-  
A. C. 1603. tione politiam Ecclesiasticam conce-  
 nente se extendat. Sunt præterea in  
 eodem volumine plura alia opera, quo-  
 rum maxime memoranda est Nive-  
 nensium Historia, in qua præter illa  
 res, quæ hanc Provinciam concernunt,  
 varia de annexis Regionibus, & fami-  
 liis hunc Ducatum olim possidentibus  
 recenset. Alterum volumen varios  
 jurisprudentiæ tractatus complectitur  
 ac præcipue *Institutiones Juris Galliæ*,  
 quod opus ob summam utilitatem ma-  
 ximi habetur. Postea sequuntur  
 numeræ Juris quæstiones, omnes pro-  
 funda eruditione agitæ, ac non sine  
 magno judicio decisæ. Denique ad-  
 tus habetur Commentarius in Nive-  
 nensium statuta, qui tantæ auctoritatis  
 est in illa Provincia, ut decisiones tum  
 datæ hodieum pro norma habeantur  
 ad dirimendas difficultates, quæ in  
 statutorum illorum interpretationibus  
 occurrunt.

## §. LXXVI.

*Joanni Petri Masei extrema.*

*Erythræus*  
*Pinac. 2.*  
*pag. 348.*  
*Alegambe*  
*Bibl. Script.*  
*S. J.*

Hunc pariter annum exitialem  
 habuit Joannes Petrus Maseus na-  
 tione Italus, patria Bergomas, qui ho-  
 nesto genere progerminatus utriusque  
 Zanchii

Zanchii, Basiliæ & Joannis Chrysoſtomi Sæc. XVII.  
 Regularium Canonorum Magisterio A. C. 1603.  
 uſus Tuſcas, latinæ, Græcæque lite-  
 ras ſumma facilitate didicit, poſtea Ro-  
 mam profectus magnam ſibi exiſtima-  
 tionem conciliavit: tandem a Republi-  
 ca Genuenſi accerſitus, urbis illius No-  
 bilibus præcepta Rhetorices tradidit,  
 quo munere tanta cum eloquentiæ &  
 eruditionis laude fungebatur, ut eadem  
 Republica illum arcanorum omnium  
 participem conſciumque faceret: poſtea  
 annos triginta natus die vigefima ſexta  
 Auguſti anno Domini millefimo quin-  
 gefimo ſexageſimo quinto Romæ So-  
 cietati nomen dedit, ac ſexto poſt an-  
 no profeſſionem emiſit; præceperat e-  
 nim Pius V. ut Societatis Novitii, elapſo  
 probationis anno, publico ſolemni que  
 ritu, ſicut ceteri Religioſi, profiteren-  
 tur, quæ tamen lex poſtea a Grego-  
 rio XIII. ſublata eſt. Poſtquam Romæ  
 pereleganti ſtylo vitam S. Ignatii Loyolæ  
 ſcripſerat, Ulyſſiponem profectus eſt, inde  
 vero in Italiam reverſus Hiftoriam In-  
 dicam cum ſelectis epiftolis ex India  
 elucubravit: Juſſus dein a Gregorio XIII.  
 hiftoriam Eccleſiaſticam ſui Pontifica-  
 tus contexere, eam tredecim libris ab-  
 ſolvit: accerſitus poſtea a Clemente VIII.  
 in ædes Vaticanas, ut inchoatam hi-  
 ſtoriam Eccleſiaſticam, & uſque ad  
 Gre-

Sæc. XVII. Gregorii obitum protractam ad sua tempora protenderet, manum quidem admovit, tresque libros confecit, calamum tamen paulopost mors excussit; die enim vigesima Octobris Tibure anno ætatis suæ sexagesimo septimo mortuus est.

## §. LXXVII.

*Varii Societatis Scriptores hoc anno denati.*

*Alegambe  
l.c. Miræ:  
Script.  
Sæc. XVII.*

Plures adhuc e Societate Scriptores occurrunt, qui hoc anno e vitam prægrarunt, quos inter præcipui sunt. I. Antonius Vivianus, qui Petracorii natus, Tolosæ in ipso hujus anni limite anno ætatis suæ quinquagesimo septimo decessit: edidit gallice librum de imitatione Christi, epistolas Generalium Societatis, necnon libros de Angelocustode, de Virginitate, de oratione quadraginta horarum, & de Pietate erga Deiparam. II. Joannes Arnbruster natione Germanus, patria Francoqui Spiræ die vigesima septima Martii quinquagenarius decessit. Exstat ejus *Olivetum Spirense* rogatu Canonicorum Spirensium editum. Descripsit etiam metro divos quatuordecim Auxiliares publico cultu celebres in Diœcesi Bambergensi præter orationem in mortem Danielis Archi-